

larit Vir ille eruditus *Codicem* integrum sibi a quodam e Bibliothecae Administris describi, nae ille quotidianas horum hominum occupationes ignorarit. Exponit et offert Bibliotheca *Augusta* opes suas literatis Viris, ad recursum invitat, eumque commodum et expeditum reddit; si quid ultra est, aut per se ipsos, aut per Vicarios peritos, qui *Viennae* nunquam defunt, curent, oportet. Ceterum *Codice* nostro frustratus *Schilterus* non adeo gravem jacturam fecit; e collatione enim a me instituta, si in Theotisco variantes literas *e* et *o*, *k* et *ch*, *d* et *t* &c. excipias, liquet, parum illum ab aequae praestanti *Vratislaviensi*, quo usus est, differre. Atque ut istud aliquo specimine comprobem, in *Paraphrasi* metrica *p. Schilt. 3. dum largo pectore pro largo neclare* legitur, *gratia nam stillat pro non stillat*. Pag. 4. *amore pio recolentes pro amore tuo*. P. 5. *Caedibus atque minis pepulit pro populet*. P. 7. *Quare non vereor pro non reveror*. P. 8. *idem Versus*, qui in *Cod. Vratisl.* adsunt et absunt. P. 10. *fraudem pectore versas pro celas*. &c. In Expositione vero theotisca *Schilt. p. 3. geiunget sint in demo toufe* pro *geuuiget sint in dero toife*. P. 5. *die christanen ecclesiam pro die ereften ecclesiam*. P. 6. *unde weidene dine chizzin* (Haedi) pro *dine Zikkin*. P. 9. *wrmes wis* (vermiculatae) pro *in uwrme wis*. P. 10. *Wanda du ungetrues pro feichenes* &c. quae certe leviora sunt. Demum, quod singulare est, *Co-*

*dex* absque omni inscriptione incipit: *Vox Synagoge*, Praefatio vero *Willeramii* ad calcem dilata est. Carmen ad *Henricum IV.* quod in *Moltheri*, non vero in *Merulae* editione legitur, *Schilterus* vero e *Marq. Frebero* praesentavit, abest. Adi, si lubet, etiam *Cod. seq.* Praecipue vero nota, *Paraphrasin* nostram latinam in edit. *Opp. Hildeberti Cenoman.* et *Marbodi Redon. Paris. 1708.* f. huic posteriori adtributam tanquam *avendorov* comparere, consilio, quod mirere, *Job. Harduini*, ut in *Monito* praevio adseritur.

XLV. VIII. B. A.

Codex chartaceus lat. theotiscus Sec. XVII. f. descriptus ex vetusto membraneo, quem *Otto Henricus* Palat. Elector a *Georgio Cassandro* habuerat, Folior. 37. hunc praefert titulum: *Cantica Canticorum glossata ex parte Domini Wilhelmi*, cujus loco rescribendum: *Willeramii* ex Monacho Fuldeni O. S. B. Abbatis non *Merspurgensis* in *Suevia* aut *Saxonia*, sed *Eberspergensis* S. *Sebastiani* in *Bavaria* ✠ MLXXXV. Reliquit vir hic, ut notum est, non tantum *Paraphrasin latinam* versu heroico leonino *Canticorum*, quae *Menr. Moltheri* opera jam a. 1528. lucem vidit *Haganae* 8. sed et *Interpretationem* et *explicationem* illorum fermone gentis suae theotisco, quam solam sine Praefat. et aliis *παράσηγυις* Codex hic noster exhibet. Cum vero, quae

quae Literatoribus circa carum hoc vetusti idiomatis nostri *κειμηλιον* scitu opportuna esse possunt, jam occupaverit *J. Georg. Scherzsius* in *Praef. ad Willeramum T. I. Thes. Antiquitt. Teut. Job. Schilteri*, Lectorem eo remittimus, contenti, Textum a *Schiltero* ex Cod. *Rhedigeriano Wratislav.* deprom-

tum cum praesente nostro, et alio vetustissimae membranae in *Bibl. Caes.* adservatae et a *Lambecio* jam L. II. p. 763. edit. *Kollar. col. 555.* descriptae, quam mox retuli, quamque *Scherzsius Ambrosianam* ab arce Tyroleos *Ambras,* non *Ambrosianam* dicere debebat, aliquatenus comparare.

Cod. Rhediger.

Cusser mib mit cusse fines mundes. Dieco giebiez er mir sine cuonft per prophetas. nu cume er selbo. Unte cusse mib mit dero suoze fines euangelii. Uuanta bezzer sint dine spunne demo uuine. Sie stinchente mit den bezzesten salbon. Diu suoze dinero gratiae ist bezzera danne diu scarfe dero legis. also. iz quit lex per moysen data est. gratia et veritas per Iesum Christum facta est. Diu selba gnada ist gemisket mit uariis donis Spiritus S. mit den du machost ex peccatoribus iustos. ex damnandis remunerandos. Din namo ist uzgegozzen az ole. Din namo ist uuiteno gebreitet. uuante uone dir Christo beizzen uuir Christiani. Vone

Cod. Caes. vetust.

Chusser mib mit chusse fines mundes. Dicco gebiez er mir sine chunft per prophetas. nu chumer selbo unde chusse mib mit dero suozze fines euangelii. Uuanda bezzer sint dine spunne demo wine. sie stinchent mit den bezzesten salbon. Diu suoze dinero gratie ist bezzera danne diu saphi dero legis also iz quit. lex per moysen data est gratia et ueritas per iesum christum facta est. Diu selba gnada ist gemiscet mit uariis donis spiritus sancti. mit den du machost ex peccatoribus iustos. ex damnandis remunerandos. Din namo ist uzgegozzen az ole. Din namo ist witenno gebreitet. uuande uone dir christo beizzen wir christiani. Vone diu min-

Codex Caes. recent.

Cussa er mib mit demochusse fines mundes. Dicko giebicz er mir sine chunft per prophetas. nu kuma er selbo. unte kusse mib mit dero suoze fines euangelij. Wanta bezzer sint dine spunne demo uuine. sie stinchente mit den bezzesten salbon. Diu suoze dinero gratiae. ist bezzera danne diu scarfe dero legis. Als iz quit. Lex per Moysen data est. gratia et Veritas per Ihesum Christum facta est. Diu selba gnada ist gemisket mit uariis donis Spiritus sancti. mit den du machost, ex peccatoribus iustos. ex damnandis remunerandos. Din namo ist uzgegozzen al ole. Din namo ist uuiteno gebreitet. uuante uone dir Christo beizen uuir christiani. Vone diu Cod.

Cod. Rhediger.

*diu mimont dib die iunkfrouuon. daz sint die sela die der geuui- get sint in dero toife unte geuuetet mit ue- ste innocentiae &c.*

Cod. Caef. vetust.

*nont dib die iunkfrou- win. daz sint die se- la. die der geiunget sint in demo toufe. un- de gewatet mit ueste innocentig &c.*

Codex Caef. recent.

*nun non dib — hic li- brarius incurius ali- quot verba transfiliit — die sela. die der ge- iunget sint in dero tou- fe. unte geuuetet mit ueste innocentiae &c.*

Ex his adlatis liquidum fit, exi- guum esse discrimen, quod inter hos Codices versatur. Finit No- ster: *unte laz daz vuerdan in mon- tibus aromatum scilicet an dinen beiligon. quorum Conuersatio in coelis est. alse an den bobon bergon. unte die den odorem et famam Vir- tutum de se spargunt. alse die tui- ren stankvurze.* Ita et Schilteri im- pressa exceptis vocibus *boben* et *tiuren*, quae tamen typi σφαλματα esse possunt. De altero vetustiori Exemplari jam prius actum est.

XLVI. VI. C. 10.

45 Codex membraneus lat. Sec. X. Folior. nunc 70. f. quorum primum et sexag. septimum manu paullo recentiore adjecta sunt, per duas columnas probe exaratus, rubricisque distinctus est *Pars Sa- crorum Biblorum* ab *Ezechiele* Propheta pertingens usque ad haec *Aggaei* C. I. v. 6. verba: *bibistis et non estis inebriati.* *Ezechielem* praecedit *Hieronimi Praefatio*, sine titulo, caractere rubronigro quadro incipiens: *Hiezechiel Pro- pheta cum Joachim rege iude cap- tiuus ductus est &c.* In fine occur- rit lectio singularis, cujus non me-

minit *Vallarsius*, meminere vero *Johannes de Janua* in *Catholico*, et *Ducangii* Editores *Mauriani* hunc ipsum *Hieronimi* locum ci- tantes; legitur autem non ut in editis: φαγολοιδογοι hoc est mandu- cantes *fannas*, sed, *manducantes senecias*, cujus vocis significatum, ut *Catholici* nugas omittam, *Mau- riani* cum vetere gallico *San*, *foe- num* conciliari putant, in nostro vero Codice theotiscum illi glos- sema *trestir* impositum est, quod jam *Notkero* cognitum et fortassis a calcando *treten* derivatum folli- culos granorum expressos vel ex- coctos, vulgo *Trüber*, denotat. Phrasin prisco illi aevo sat usita- tam fuisse, argumento esse possit illud *Benzonis* episcopi Albenf. in *Henrico Imp. III.* apud *Ludewi- gium* T. IX. *Reliquiar. Mss.* p. 288. *Qui putat me loqui facetias, manducet Senecias.* Sed mihi tota illa τσ φαγολοιδογοι interpretatio non ipsius *Hieronimi*, sed Com- mentatoris cujusdam esse videtur. Porro *Ezechiel* ipse nullum titu- lum praefert, et *columna* 3. inter- rumpitur per duo *Augustini* loca de *Libb.* XV. et XVI. de *Civit. Dei* sumta, quae verisimiliter jam in hoc folio extabant, antequam